BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 69v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



clamauit uoce magna dicens. Sine quid nobis et tibi ihesu nalarene.
uenisti perdere nos. scio quis sis sanctus dei. Et increpauit illum ihesus dicens. Obmu
tesce et exi ab illo. Et cum proiecisset illud demonium in medium. exiit
ab illo. nichilque ~~illum~~ nocuit. Et factus est pauor in omnibus et colloquebantur
ad inuicem dicentes. Quid est hoc uerbum quia in potestate et uirtute imperat.
in mundis spiritibus et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in om
In. i. t. nem locum regionis. Surgens ihesus autem de synagoga intrauit in domum
symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus et roga
uerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri. et dimisit illam. Et
continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset omnes qui ha
bebant infirmos uariis languoribus ducebant illos ad eum. At ille
singulis manus inponens curabat eos. Exiebant autem demonia
a multis clamantia et dicentia. quia tu es filius dei. Et increpans non sine
bat ea loqui. quia sciebant ipsum esse xpm. Facta autem die egressus
ibat in desertum locum. et turbe requirebant eum. Et uenerunt usque ad ipsum.
et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ci
regnum uitatibus oportet me euglilare dei. quia ideo missus sum. Et erat pre
In. i. t. dicans in synagogis galilee. Factum est autem cum turbe irrue
rent in ihesum eum. ut audirent uerbum dei. et ipse stabat secus stagnum gene
sareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum. piscatores autem
descendant et lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim
que erat symonis. rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens
docebat de nauicula turbas. Ut autem cessauit loqui. dixit ad symo
nem. Duc in altum. et laxate retia uram in captam. Et responds
symon dixit illi. Preceptor per totam noctem laborantes. nichil
cepimus. in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent. conclu
serunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. et
annuerunt sociis. qui erant in alia naui. ut uenirent et adiuua
rent eos. Et uenerunt et impleuerunt ambas nauiculas ita ut
mergerentur. Quod cum uidet symon petrus. procidens ad genua ihesu
dicens. Exi a me. quia homo peccator sum domine. Stupor enim circumdedit
eum. et omnes qui cum illo erant in captura piscium. quam ceperant. Similiter autem
iacobum et iohannem filios lebedei qui erant socii symonis. Et
ait ad symonem ihesus. Noli timere. ex hoc iam homines eris capiens